

Fama

La Roma

Conchita (S. Maria)

quy

2 11.  
114 fol. (Inbunden fol. 90 a 119)

2 sept. - 1912

~~8 = 2 7 = 9 4~~

Caja  
B-39

(1)  
 In Styria & Granada  
 Acta concilij Tridentini ab eius reductione  
 Per Iulium Tertium Pontificem Maximum.

bullae reductionis generalis concilij ad civitatem  
 Tridentinam. Cum monitione et requisitione  
 prelatorum ad illius prosecutionem per. S. D. N.  
 Iulium Tertium Pontificem maximum.

Iulius eps servus servorum dei ad futuram rei me-  
 moriam. Cum ad tollenda religionis nostrae desidia  
 quae in germania longo tempore, non sine totius christi-  
 ani orbis perturbatione et scandalo viguerunt, non cum  
 opportunum et expediens esse videatur, sicuti est charis-  
 simus in christo filius noster Carolus Rom. imperator  
 semp. augustus, nobis per suas literas et nuntios  
 significari fecit ut sacrum, oecumenicum, generale concilium  
 per felicis recordationis Paulum papam Tertium, pre-  
 decessorem nostrum, indictum, et per nos tunc car-  
 dinalatus honore fungentes, atque ipsius predecesso-  
 ris nomine, una cum duobus alijs Sanctae Romanae ecclesiae  
 cardinalibus ipsi concilio praesidentes inceptum, ordi-  
 natum, et continuatum, in quo plures publice et solemn-  
 nes habitaerunt sessiones, plurimaeque tam in causa  
 fidei quam reformationis promulgata decreta, multa quoque  
 ad utramque causam pertinentia examinata et discussa  
 ad civitatem Tridentinam redderentur. Nos ad quos  
 sumus propterea pontifices spectat generalia concilia inducere,  
 et dirigere, ut ecclesiae pacem et christianae fidei atque ortho-  
 doxae religionis incrementum ad omnipotentis dei laudem  
 et gloriam procuramus, et quatenus in nobis est tranquillitas  
 si ipsius germaniae, quae sane provincia retrocaesis tem-  
 poribus in vera religione ac sacrorum conciliorum et sanctorum  
 patrum doctrina excolenda exhibendaque maximis pon-  
 tificibus christi redemptoris nostri in terra vicarijs, debita  
 obedientia et reverentia nulli christianorum provinciae fuit  
 unquam secunda, propterea consulamus sperantes pro ipsius  
 dei gratiam et benignitatem futurum, ut reges omnes ac  
 principes christianam, iustis piisque nostris in hac re votis  
 annuant, favcant, atque assistant, venerabiles fratres  
 patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, et dilectos filios abbates



omnesq; alios et singulos qui de iure vel consuetudine,  
vel privilegio concilij quolibet intereē debent, quosq;  
idemq; decessor noster in suis indictionis et alijs quib;  
cumq; de supradictis et publicatis litteris concilio intereē se  
voluit, Per viscera mīe dñi nostri Iesu Christi hortamur,  
requirimus, et moneamus, ut proximis futuris calen. maij  
quem diem ad ipsam conciliū in eo in quoniam cepit  
statu, resumendum et prosequendum p̄cipua, matura de  
liberatione ex certa nra scientia, et de apte auctori-  
tatis plenitudine ac venerabilium fratrum nostrorū eius-  
dem sancte R. Sedis cardinalium concilio, et assensu  
statuimus, decernimus, et declaramus in ipsa ciui-  
tate Tridenti. Legitimo cessante impedimento concione,  
et se congregare, ac ipsius concilij continuationi, et execu-  
tionē, omni mora post posita incumbere velint,  
Nos n. operam sedulo daturi sumus in eodem spē  
in eadem ciuitate nostri omnino ad sim legati, p̄ quos  
si per etatem nostram, valetudineq; et sedis apte  
necessitates p̄sonate adesse requiruerimus, s̄u sancto  
duce, ipsi concilio p̄sidentibus quacumq; ipsius con-  
cilij translatione et suspensione, ceterisq; contrarijs  
nō obstantibus quibuscumq;, ac p̄sertim illis que  
idem p̄decessor noster in suis litteris p̄dictis, quos  
cumlibet et singulis in eis contentis clausulis, et de-  
cretis in suo robore p̄manere volumus atq; decerni-  
mus, et quatenus opus sit innovamus, voluit nō  
obstare. p̄ritum nihilominus decernentes et man-  
dantes, si secus sup̄ his a quocūq; quavis auctoritate sciens  
vel ignoranter contigerit alterari. Nulli. q. oīno  
hominum liceat hanc paginā nrorū hortationis,  
requisitionis, monitionis, statuti, declarationis  
innocationis, voluntatis, et decretorū infringere,  
vel ei ausu temerario contraire. Siquis aut̄ hoc  
alterare p̄sumpserit, indignationē omnipoten-  
tis dei, ac beatorū petri et pauli ap̄tōrū eius se no-  
teat incursurum. Datis Romę apud sanctum  
Petrum, Anno incarnationis dominicę Millesimo  
quingentesimo quinquagesimo, decimo octavo  
calen. decembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Ro. Amaseus.

Ma. card. crescen.

R. de sanct. Mar. f.

Anno

2

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo in diebus y nona, die uero prima mensis Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri. D. Iulij diuina prouidentia pape tertij, anno eius primo recepte littere alta et intelligibili uoce lecte fuerunt in basilica sancti petri de urbe, dum ibidem de mane diuina celebrabatur, et populi multitudo ad diuina audienda conuenerat, per me Ioanem Roillard prefati sanctissimi Domini nostri pape cursoris, et deinde de affixe in ualuis ipsius basilice per me eundem Ioanem et Matutinum merandi cursores et affixas, p aliquod spacium temporis stare pmissimus, deinde amouimus, cuius copiam eazdem cum originali auscultatam a se ad domitendo.

Eisdem Anno, in diebus et pontificatu ac die quibus sup, supra lecte littere lecte fuerunt alta et intelligibili uoce in basilica sancti ioannis lateranensi hora uesperarum dum ibidem populi multitudo ad diuina audienda conuenerat, per eundem Ioanem Roillard, et Matutinum merandi prefati sanctissimi Domini nostri pape cursores, ita affixas p aliquod tempus spacium stare pmissimus, deinde amouimus, cuius copiam cum originali auscultatam ibidem a se ad domitendo.

Ita est Ioanes Roillard cursor subscripsi.

Ita est. Martinus merandi cursor subscripsi.

Ita est. Medardus nicolai cursor subscripsi.

Adrianus de cuppis magr cursorum subscripsi.

Registra apud Romanum secreta rium.

Julius Papa Tertius.

Ad futuram rei memoriam. superioribus diebus de venerabilium fratrum nostrorum .s. Ro. E. cardinalium consilio ex causis tunc expressis Africa uilitate decretimus q sacrum oecumenicum graue concilium Tridentinum ubi olim inceptum fuerat reddi, et ibi, ad iubante dno, terminari deberet,

Faint, illegible handwritten text at the top of the page, possibly a preface or introductory section.

Second block of faint, illegible handwritten text, continuing the document's content.

Third block of faint, illegible handwritten text, appearing as a distinct section.

Fourth block of faint, illegible handwritten text, located near the bottom of the page.

*Julius*

+

3

Julius eps servus servorum dei dilecto  
filio Marcello Titulo S<sup>ti</sup> Marcelli presbi,  
foro car<sup>o</sup> crecento nuncupato, nro et aptice  
sedis ad concilium Tridentinum legato,  
Et venerabilibus fratribus sebastiano  
crup<sup>o</sup> sipontino, ac M<sup>o</sup>ysio leporiano  
epo veronensi nro et ipsius sedis ad in-  
didit<sup>o</sup> concilio uni cum eodem Marcello  
car<sup>o</sup> et legato nro presidente nunci-  
tis, salutem et apticam benedictionem.  
Ad prudentis patris familiaris officium  
spectat ea que per se ipsum comode effi-  
cere non pot, ut per alios idoneos fiat di-  
ligenter curare. Dudum siquidem cum ex  
certis tunc expressis causis bonum opportu-  
num et expediens ee videretur, ut sacri  
oecumenicum concilium generale per se. re.  
Paulum papam sextum predecessorem no-  
strum in dictum ad civitate<sup>m</sup> Trident. redun-  
ceretur. Nos sperantes per omnipote-  
tis dei gratiam et benignitatem futuram,  
ut reges oes et principes christiani pedis  
pijs q<sup>o</sup> nris in hac re votis annuocent,  
faverant, et assiderent, venerabiles  
frs nros patriarchas, Archiepos, eps,  
ac dilectos filios abates, oes q<sup>o</sup> alios et  
singulos qui de iure vel consuetudine  
aut privilegio concilijs generalibus in-  
teresse debent hortati fuimus, requi-  
sitimus et monuimus, ut prime fu-  
turus habendis maij, quam diem ad  
ipsum concilium in eo in quo reperitur

2  
Statu resumendum et <sup>proxima</sup> sequendum ma-  
tura deliberatione ex certa nostra scientia,  
et de apte p[ro]fatis plenitudine, ac venera-  
bilium suorum r[ati]o[n]um .S. R. & cardinalium  
consilio et a sensu, Datumus, decreuimus  
et declarauimus in ipsa ciuitate Tridenti.  
Legitimo cessante impedimento, conueni-  
re et se congregare, ac ipsius concilij conti-  
nuationi et prosecutioni omni mora post-  
posita incumbere uellent, prout in alijs  
n[ost]ris inde confectis literis plenius conti-  
netur, Nos igitur qui etate nostra iam ingrau-  
uescente, et alias multipliciter impe-  
diti ad dictam ciuitatem ad presens  
personate accedere, et ipsi concilio  
iuxta desiderium cordis n[ost]ri interesse  
requirimus, nolentes resumptionem  
continuatione et prosecutione concilij huius-  
modi ex nostra scientia impediri.  
Te fili Marcelle cardinalis fide feruore  
tem et prudentia, scientia ac reueren-  
tiam conspicuum n[ost]rum et apte sedis  
ad concilium huiusmodi legatum de  
latere, ac uos fratres sebastiane Archiep[iscopu]s  
et Aloysi ep[iscopu]s pietate et doctrina ac rerum  
experientia insignes n[ost]ros et ipsius sedi-  
tis ad dicto concilio nostra fecimus fili  
Marcelle Car[ditis] et legatum n[ost]ro in presen-  
tendum nuntios, cum special[iter] et ex-  
presso mandato nec non ualidit[er] h[ab]it[er]u[m]  
et alijs clausulis in similibus apposi-  
tis de simili eorundem fecimus n[ost]rum  
consilio apta auctoritate tenore presertim  
constituimus,



conditimus et deputamus, uos q̄ ad  
 dictam ciuitatem Triderit. tanq̄ pacis  
 angelos destinamus, ac uobis more et  
 auct̄e n̄re eidem cōcilio presidendi  
 ac illud resumendi, cōfirmandi, diri  
 gendi, et p̄sequendi, necnon in illo q̄  
 v̄ra pietate et sapientia ea oīa que in  
 p̄missis et circa ea necē, et alias quor  
 modo libet opportuna eē, ac alias ad  
 laudem et honore dei pertinere nouerit̄,  
 his et si magis specialē mādātum exigat  
 iuxta n̄raz p̄dictarū ac mādatorū, et  
 aliarū ipsius p̄decessoris super p̄mi  
 ssis cōfectorū et publicatorū litterarū fa  
 mam faciendi et exercendi plenam et  
 liberam auctoritate et h̄c tenore p̄e  
 didis cōcedimus facultatem, p̄tatem  
 et auctoritatem. Hoc itaq̄ munus uo  
 bis inuendū ita implere studeatis,  
 ut sperari fructus inde proueriant,  
 uos q̄ à nobis cōmendationem, et à deo  
 bonorū operum retributore felicitatis  
 eterne gl̄iam consequi mereamini :—  
 Datis Rome apud .s. Petrum Anno  
 incarnationis dominice millesimo  
 quingentesimo quinquagesimo,  
 quarto nonas Maij, Pontificatus n̄ri  
 Anno secundo :—

sessio 1<sup>a</sup>

Sessio Prima sacris concilij Tridentini  
sub sanctis. D. N. Iulio pp. m.

Die veneris calen. maij anno dñi millesimo quinquagesimo primo, sub sanctis. D. N. Iulio papa Tertio Pontificatus eius anno secundo, Tridenti in Ecclesia cathedrali sancti vigilij fuit reasumptum concilium grale alias per felicis recordationis Paulum papam .m. in eadem ciuitate indictum et celebratum. Et habita prima sessio in qua R<sup>m</sup>us et ill<sup>m</sup>us D. Marcellus cardinalis crescentius Tituli sancti Marcelli eiusdem concilij legatus celebravit missam de spu sancto Et cosuetas ceremonias peregit, in qua sessione p<sup>re</sup>suerunt simul cum dicto Dno legato R<sup>m</sup>i Dni Sebastianus Nigrinus Archiep<sup>us</sup> sipontinus, Et Aloysius Lippomanus ep<sup>us</sup> veronensis nuntij apostolici dicti concilij presidentes, Et habuit orationem mag<sup>is</sup> sigismundus de ruta ordinis minorum conuentionalium, Et finita missa lecte fuerunt bulle apostolice reductionis concilij ad ipsam ciuitatem Tridentinam, Et mandati in personam D. legati et presidentiu. Deinde R. saluator Alius Archiep<sup>us</sup> Turritanus ascendens suggestum legit infra scripta verba pro decreto ipsius sessionis v<sup>er</sup>o.

Decretum Primum prime sessionis.  
Tridenti sub iulio Tertio.

R<sup>m</sup>i et ill<sup>m</sup>us Dni. R<sup>m</sup> q<sup>ui</sup> patres Placet ne vobis ad laudem et gl<sup>ori</sup>am Sancte et indiuidue Trinitatis, patris, filij, et sp<sup>irit</sup>us sancti, ad incrementum et exaltationem fidei et religionis chriane, sacrum oecumenicum et grale concilium Tridentinum, iuxta formam et tenorem litterarum sac<sup>re</sup>the<sup>re</sup>ssimi D. N. reasumi debere, et procedendum esse ad vltiora?

2. 01/20

Deinde interrogati sunt oēs patres, et Responde-  
runt oēs, Placet.

Postea idem R. Archiepūs legit aliud decretum  
sub his verbis.

Secundum decretum eiusdem sessionis.

R<sup>m</sup> et ill<sup>m</sup> domini, R<sup>m</sup> p<sup>r</sup>es, Placet re vobis  
proximam futuram sessionem habendam et ce-  
lebrandam eē calen. septembris! Et similiter oēs  
Patres Responderunt placet.

Tunc R<sup>m</sup> et ill<sup>m</sup> D. legatus prefatus dixit  
alta voce hęc verba, v<sup>r</sup>. Et ita concilium ipsum  
reasumimus, et ad vltiora procedendum esse de-  
claramus.

Nomina p<sup>r</sup>elator<sup>um</sup> qui affuerunt  
huic sessioni.

R<sup>m</sup> et ill<sup>m</sup> D. legatus. Et D<sup>m</sup> presidentes.  
ill<sup>m</sup> et R<sup>m</sup> D. christophorus maderucius cardina-  
lis tituli sanctę cesarę, ep<sup>u</sup>s Tridentinus.

Archepi.  
R. D. saluator alipus Archiep<sup>u</sup>s tarritanus.  
R. D. ludovicus chie regatus Arch. Anagnin.  
R. D. Petrus ab aragonia Archep<sup>u</sup>s panormitanus.  
R. D. Baltasar de heredia, Arch. calaritanus.  
Epi  
R. D. ioanes fonsera, ep<sup>u</sup>s castellimaris  
R. D. ioanes salazar ep<sup>u</sup>s lancianen.  
R. D. petrus vagues ep<sup>u</sup>s algeren.  
R. D. hieronimus de Bononia, siracusanus.  
R. D. petrus augustinus ep<sup>u</sup>s osce.  
R. D. fran<sup>cus</sup> de nauarra pascen.  
R. D. lo. bernar. Diaz. ep<sup>u</sup>s calaguritanus.  
R. D. octavianus precornius de Montopolitano  
R. D. Vincentius de leone ep<sup>u</sup>s Bosten.

sessio. 2.

Sessio Secunda Post recessum hunc  
concilium Trident. sub Julio pp Tertio

Die martis prima mensis septembris fuit secunda  
sessio celebrata. Presidentibus in ea eisdem nris sac  
te Romane sedis legato et nuncijs in dicta ecclesia  
cathedraali, in qua celebrata missa de spiritu sancto  
a R<sup>mo</sup>. D. et P. Baltasare de heredia Archiepo cala  
ritano, et peractis ceremonijs consuetis per eundem  
D. legatum, ipsius et nuncijs nobis recitata fuit  
oratio sequens.

Cum Post restitutam hanc synodum Patres Am  
plissimi, recens usq; opportunas ac nobis optatissimas  
duos clarissimos germanie presulum et eorum sa  
ci Romani imperij principum Electorū aduentus,  
magnam spem nobis attulerit, fore ut non solum  
multi eiusdem nationis Episcopi illorū exemplo inci  
tati, verum etiam alij q; plurimi varijs ex locis  
prope diem huc adsint, atq; ita sacrum hoc conci  
lium ad dei omnipotentis honorem prosequi ac pe  
ragere liceat, nunc nras deniq; esse partes duximus  
pro loco ac persona quam sustinemus, ut in prin  
cipio et tanq; lumine actionum nostrarum pauca  
verba vestri simul et nostri hortandi atq; admonē  
di causa faciamus. At si .n. vos provesta pietate et  
Sapientia ac studio salutis aiarū, in tan grati obita  
ne reipub. hie, ac necessitate bonorum sacerdotū,  
et pastorum officio fungi paratos esse minime dubi  
tamus, tamen tanta est earū rerum, quas precla  
re inchoatas (deo adiuvante) persequi, et ad exi  
tum adducere instituimus, magnitudo, ut nulla  
que nos vehementius excitet et officij nostri sepi  
admoneat, supervacanea videri debeat oratio,  
tollende .n. nobis (ut scitis) atq; diripende sunt  
hereses, quibus non sine maxima aiarum iadu  
ra longē latēq; deseminatis, et indies longius

Serpentibus miserandum in modum Ecclesia se ipsa  
laevata et perturbata est, corrigenda et reformanda  
Ecclesiastica disciplina quætan diu depravata atq[ue]  
corrupta harum ipsarum heresum magna ex par-  
te causa origoq[ue] extitit. Postremo agendum est  
desedantibus regum interse, principumq[ue] discordijs,  
quibus effectum est ut christiana respub. maximas  
intus et foris calamitates acceperit, et impiorum  
hostium audaci potentia, nostris aut fractis et debi-  
latis viribus, salus iam et libertas christianorumq[ue],  
atq[ue] adeo ipsa fides et religio in scimur et extrema  
pene diseri me adducatur. Unde aut nos fracta-  
tionis initium aptius duxerimus? Quam nos tan-  
tis actan arduis rebus non in persuadendis, sed in  
agrediendis quidem pares esse intelligamus, quis  
n. oculos hinc ad tantam rerum molem inspecien-  
dam attolens, inde eosdem ad vixum humanar[um]  
exiguitatem considerandam dericiens, hoc non in-  
telligat? nequaquam tanto oneri subeundo ac susti-  
nendo, infirmitatem humanam posse sufficere, nec  
vero hoc de terrenis vestri causa decimq[ue], sed et  
nostram imbecillitatem agnoscentes ad dei opem  
et miam confugiamus, ex eo n. ois (ut inquit  
aptus) sufficientia nra est, ita q[ue] in illo nra nobis  
ois spes et fiducia collocanda et reponenda est, qui  
oibus (cum modo in fide postulerit) affluenter dat  
et non improperat, agitur ipsius religionis cau-  
sa, agitur ecclesie salus, quam is tanto pere  
dilexit, ut eam filij sui unigeniti sanguine et  
morte redimendam putaverit, ut superioribus tem-  
poribus ille numquam desit, ita ne hoc quidem  
tempore, aut in posterum unquam est defuturus,  
facta sunt iam, eo auctore et adiutore, harum  
fere rerum oium fundamenta, profecto cuius  
impulsu atq[ue] auxilio opus iam institutum et  
ceptum est, eodem quoq[ue] vires subministrare absol-  
uetur.

Non est

7  
Non est abbreviata manus domini, ut ecclesie sue spi-  
rituali non possit, neque in miranda clementia  
ut nolit, cuius qui dem propterea voluntatis  
erga nos, cum alia multa, Tum hoc non mi-  
nimum testimonium habemus quod is duos-  
germanie presules auctoritate, prudentia,  
pietate prestantissimos, in eandem mentem  
impulit, ut tam opportuno tempore, multis et  
magnis quibus afficiebantur, difficultatibus  
consilio et virtute superatis, ad hanc sacro-  
sandam synodum accederent. Nos modo,  
contrito et humiliato corde supplices eius  
opem assidue invocemus, quemadmodum  
paulo ante instituto ac more maiore feci-  
mus, intimo animi dolore peccata nostra in-  
gemiscamus, atque in bonis operibus et dig-  
nis penitentia fructibus ambulantes: animas nostras  
et corda spicienda tanquam sedes ac templa  
munda prebeamus, memores eius quod  
scriptum est, Mundamini qui fertis vasa  
domini, Maxima semper (ut nos mini me flexit)  
pater gratiam concilio eius, maxima suis  
auctoritas, Neque enim dubium est, quin eis  
(modo recte et ordine habeantur) spiritus sanctus  
ipse presideat, itaque eorum scita non fortium  
magis quam dei ipsius existimantur esse decreta.  
Hoc exemplum nobis primis illis ecclesie  
temporibus, spiritus sancto pleni aspectu prodiderunt,  
ad hoc remedium maiores nostri demum gra-  
vis simis ecclesie temporibus confugerunt.

hoc Arianam illam sectam toto terrarum orbe di-  
fussam tam inveteratam, tantis viribus stu-  
dijsque potētissimorum principum defensam, hoc  
macedonij, nestorij, Eutichetis heresim,  
innumerabilesque alias substuleram, hoc sepe  
sacerdotum et populi vite ac mores reforma-  
vunt, hoc seditionibus et discordijs aliquādo  
agitatum Ecclesiam in tranquillam et quietam  
statum redigerunt. Quare magna spe, magno  
año patres tam pijs actiones, et tam christiano  
nomini salutaris persequamur, hoc munus,  
sive partes, hoc officium meum est, qui hanc  
ob causam extam distantibus ac remotis locis  
in hanc urbem cōvenimus, ac dei quidem in  
imprijs honor et gloria, ac distimē ipsius sedis  
et religionis ratio nos moueat, nam cum ob  
pravos et corruptos mores diuinū cultum ubique  
in minutum videmus, tum vero propter he-  
reses, impietatum dogmatum veram religio-  
nē et fidem catholicā nusquam fore nō contamina-  
tam atque pollutā, quis autē tam ingratus ac  
tam inmemor diuinorum munerum ac beneficiorum  
erit qui dei cultum et gloriam nō vita sua et pro-  
ximam antiquiorēque habeat? qui ut reliqua quis  
in nos beneficia quę sunt innumerabilia, et  
longe maxima, mittamus, tanto in nos amo-  
re et charitate extiter, ut cum illi inimici-  
cēmus, tū ut nobis parceret, vniuerso filio  
suo nō peperit, cuius morte crudelissimorum  
crucciatu nos pēditos, et sathane dominatu oppres-  
sos, eternisque supplicijs addictos liberauit,  
et filios sibi in spem eterne glorię ac celestis  
hereditatis adoptauit, ac si fideles oēs ho-  
nori eius et glorię seruire oportet, quō ma-  
iori studio nos, quos ille sacerdotes elegit,  
eius cultum et religionē tuam, defendere, et  
cōseruare



8

Conseruare debemus, presertim cum ea res ad do-  
minici gregis nre fidei custodieq; commissi salutem  
p[er]tineat, cui a nobis omni cura et sollicitudine pu-  
ci danda est, si nre t[em]p[or]i salutem cosulere uolueri-  
mus, ne ijs qui deo p[ro]p[ter] negligentem faciunt, ue-  
nobis si tam necesse t[em]p[or]e offitio ac muneris nro defice-  
rimus, quas p[er] ezechielem minas d[omi]n[us] pastorib[us]  
oues sibi commissas negligentibus int[er]t[er]uit! q[ui]  
acriter q[ui] seueru[m], q[ui] atrociter gregem suum se-  
de eor[um] manu requisituum se derantiauit!  
qui cum primo eor[um] negligentia h[is] uerbis accu-  
sasset, quod infirmum suu[m] no[n] consolidastis, et  
quod egrotum no[n] sanastis, et quod co[n]fractum  
non alligastis, et quod abactum no[n] reduxistis  
et quod perierat non quesistis, h[ec] paulo post  
adiunxit, uiuo ego q[ui] pro eo q[ui] facti sunt gre-  
ges mei in rapinam, et oues mee in deuoratio-  
nem d[omi]ni festinas agi, ecce ego ipse super  
pastores requiram gregem meam de manu eor[um],  
que fore eadem quamq[ue] alijs uerbis per h[er]ie-  
miam minatus est, v[er]tinam uero pastores magno  
h[ic] dicemus cum dolore, v[er]tinam h[ic] tam pe-  
nitens increpatis in nra t[em]p[or]a minime conueni-  
ret, non h[ic] ouium numerum desiderarem  
no[n] grex d[omi]ni tanto pere deuctus ac lacera-  
tus fuisset, heu quis tantam eius dissipacione[m],  
dissipatione[m] aut[em], imo uero stragem ac uasti-  
tatem, ac vastitatem satis digne possit de plo-  
rare! superat oem no[n] o[mn]i modo cogit[ur],  
sed vim et doloris tante ac tam luctuose cla-  
dis magnitudo, expurgiscamur i[n]te[r], expurgis-  
camur per viscera d[omi]ni n[ost]ri ih[esu] christi, et p[ro]m-  
is que inferuerunt ouibus amplius subueni-  
rom[us] possimus, demus saltem operam, ut  
quas ab ouili d[omi]nico abductas recuperemus.

Tum illas que inde non exierunt diligenter  
in posterum custodiamus, non desalute in  
earum agitur, nostra quoque ipsorum Salus agit,  
neque perire ille incuria nostra possunt, quin  
id diabus nostris exitum futuram sit earum  
nobis ratione in tremendo illo iudicio is re-  
poscet, qui illas sanguine suo redemptas no-  
bis parandas custodendas que commissit, hinc  
nos uiuentis dei minime ploreant, cuius in  
manus incidere horrendum est, si officio nostro  
defuerimus inde parata nobis laudes et so-  
llicitudinis nostre excitet, si fuerit pro nos amici  
gregis salutis prospicuum atque consultum,  
omittimus laudem que ab omnibus non huius  
modi etatis hominibus, sed ab omni posteritate  
sacro huic concilio sine dubio maxima tribuetur,  
Et eam omittimus propterea quod minime decet  
nos inane istam et falsam gloriam secu-  
tari, Et in ea ullum recte factorum fructum  
ponere: quod qui faciunt, ut dicitur in eu-  
gelio inquit, mercedem iam suam receperunt,  
deuera illa ac sempiterna gloria lo-  
qui meretur, que bonis operibus a christo domino nostro  
promissa et parata est, Et enim si his qui  
proximum suum esurientem, aut sitientem,  
aut nudum, cibo, potu, veste, aut alijs hu-  
iusmodi charitatis officijs iuuerint, regnum  
ab eo celeste promissum est, quanto illud  
magis sperare is debet, qui proximi et  
fuis sui animam ex ipsius salutare faucibus  
eripuerit? quid? quin non de uno aut altero  
sede de cunctis de cuncto fidelium cetera, et uni-  
uersa rep. christiana optime meritis fuerint  
ipsa que

merces /

9

ipsamque dei Religionem consilijs et labori-  
bus instauraveritis, quanto maiora ab illo  
dum horum operum auctore, et eodem re-  
muneratore premia consequentur? hec sunt  
que spectare, que intueri, que proposita tra-  
bere et possumus et debemus, quamobrem  
incubemus patres toto pectore curamus  
ad sananda Reg. christianę vulnera, incum-  
bamus ad eas actiones ex quibus ad deum  
honor, ad certam salutem, ad nos eterne  
glor. felicitas peruentura est, incredibile est  
quibus pioꝝ d. uos expertum, qua  
letitia ceptum, qua expectatione rursus  
restitutum huic fuerit, instauratumque co-  
cilium, persuasum ijs est, et recte per-  
suasum hoc unum esse remedium, quo  
ecclie nauis iamdum hęresum et discordiarum  
procellis agitata atque quasata, et cum  
vi tempestatis, aut nauis et negligē-  
tia prope obruta, e periculo eripi et tuto  
in portu possit collocari. Nec ne conf-  
uota inania his spes falaces hanc uobis  
tatem uitam patiemur euadere? quid  
reliquum erit amplius? quod sperent?  
quod supererunt? quod spectent, si ullo  
unquam spe bonor. et sapientium sacerdot-  
um ecclia fidem auxilium implora-  
uerit hoc spe patres, hoc spe maxime  
implorat, afflicta, lacera, in summo  
discrimen adducta, tot spoliata pre-  
sidijs, tot charissimis filijs orbata,

her  
has

Supplex uobis manus tendit filios suos  
è sinu abstractos recuperare pia parens  
desiderat, et cum eorū desiderio arguit,  
Tum de reliquorū ei salute sollicita est, quas  
illa deo grates agat, quanta preletitia ac  
voluptate exultabit? si quod optat per  
vos fuerit consequuta, queq; ea res nō huic  
magis que interris est, q̄ illi celesti ecclē  
grata, iocunda, optataq; accidet, Etenim  
Si vno peccatore in Terris penam agente  
beate ille mentes Tanto opere in celo gaudet,  
quid tot populis ad ueritatis lucem, et  
rectam uiuendi rōnem reuocatis, futurū  
ē censemus? ipsum profecto celum, hac  
ecclē uirgine, et religionis ac discipline  
ecclēsticę instauratione letabitur, et  
trā ob factioris sui gl̄iam iubilabit, ac  
dñō nobis placato atq; propitio letiores  
post hac dies, feliciora t̄p̄a, uberioros  
terre fructus erunt. Reliquum est  
patres Ampliſſ. ut uos pro officio meo  
ad moneamus, Tamen si grauitas et  
Sapientia uia minima ad mōnitionē  
mān desideret, ut hęc que protēg  
ecclē salute agere molimur, in Spū  
lenitatis et mansuetudinē, quemad-  
modum hac dñā Synodo dignum est  
agantur, facessat hinc omnis sacri  
huic cetus magesta te indigna cōlētō  
facessat oē odium, dis verborū in mo-  
deratio, sit sūma inter nos (ut debet)  
charitas

charitas, summa animi concordia, summa con-  
 sessio cordia. Nemo nostrum quosua  
 sunt querat, sed que christi, Denique me-  
 minerimus huic conventui deum ipsius,  
 nostrum concilium et adtionum omnium specta-  
 torem et iudicem esse a futurum, cui  
 laus est et honor in secula seculorum,  
 Amen. f.

01  
Decretum recitatum in sessione secunda  
habita .v. die septembris Anno dñi. 1551.

Sacro sancta oecumenica et gr̃alis Tri-  
dentina synodus in Sp̃u S̃o legitime  
cōgregata &c. que in proxima preterita  
sessione sequente hanc hodie habendam  
et ad ulteriores procedendam eē de cetero  
Cum ob inclite germanicę nationis (cuius  
p̃cipue causa agit) absentiam, ac nō mag-  
nam ceterorū patrum frequentiam pretere  
hactenus desideret de venerabilium in cr̃o  
fr̃um et filiorū suorū Maguntini et Treuerē-  
sis Archiep̃orū, ac S. Ro. imperij principū  
electorū, et cōplurimū ipsius, aliarūq; p̃-  
uinciarū ep̃orū sub hanc ipsam diem ad-  
uentu in dño exultans, et dignas ipsi omni-  
p̃otenti deo agens gratias, firmāq; sp̃em  
concipiens q̃ plurimos alios tam ipsius  
germanicę q̃ aliarū nationum prelatos et  
sui officij debito, et hoc exemplo cōmotos  
prope diem eē venturos, futurā sessione  
ad quadagesimā diem que erit undecima  
m̃sis octobris p̃xime sequētis in dicit, et cō-  
cilium ipsum in statu in quo reperitur p̃segruo,  
cum in preteritis sessionibus de septē sacris  
noū legis in gr̃e et in specie de baptis mate  
et cōfirmatioe definitum fuerit, statuit et de-  
creuit de d̃ssimę euchar̃e sacr̃e, necnō q̃ ad  
reformationē attinet, de reliquis que ad faci-  
liorē et cōmodiorē p̃latorū residētia p̃ti-  
nēt agi et tractari debere. ac mores of̃icio-  
tal' oēs p̃t̃s ut interim. D. N. iesu xp̃i exēplo,  
Cōstum̃ tr̃ humana fragilitas patet) reu-  
nijs et orōmib; uacens, ut tandem placatq;  
(qui in secula sit b̃ñd̃ict̃) deus, corda hōiū  
ad uerę suę fidei agnitioē, et h̃c m̃is eccl̃e  
ṽnitatē, ac recte uiuēdi normā reducere dignet̃. //

Ep̃istola

Sacrosanctissimis et obsequiandis in christo  
in christo patribus conuentus Tridentini.

Franciscus diuino beneficio francorū rex sanctissi-  
mis in christo et obsequiandis summo patre fratribus Triden-  
tini conuentus. <sup>S. P. D.</sup> Hoc in primis visum est conue-  
nio, cum cuiusdam singulari obseruatione me, maiore  
q̄ meo in vniuersam ecclesiam, cum egregio prete-  
rea studio erga ordinē vestrum Patres ornatis-  
sima quā minime quidem nos de stimulandum duxerit  
quibus causis q̄ iudis q̄ q̄ necessarijs nō modo ad-  
ducti uel impulsī, uerum et coacti sumus nullū  
Episcopum qui meo deditiois ceter Tridentum mihi hec  
ad eum conuentum celebrandum, qui ceter abia-  
tissimo patre papa nō iulio, deditis nōre publicis ed-  
ictis, ea q̄ de causa perscribenda breuiter ad vos  
dā curauimus, et que pro nobis exponenda, et  
que pro uobis ipsis ista dignitate, ista grauitate  
uobis diligenter et attente prospicienda uide-  
bāt. Prosertim cum nobis dubium non ceter valde  
alacrum a sapientia, prudentia, integritate uestra,  
Sacrosanctissimi patris factum aliquot, aut nos uerum  
aut cuius uis temere contemneret q̄ per sepe diu-  
dicata q̄ causa uobis facillime p̄baret, in his itaq̄ que  
p̄ causa nra scripla mittimus, sum que partim  
cōmuni diuini, partim que p̄cipuo iure aut p̄se-  
temur uelro, aut aspernamur a uobis, ac deprecia-  
mur nec quodam explorato perie iniurie ac  
contumelie metu. Cum a nōnullis siquis a uobis  
retineat humanitatis sensus aut benignitatis  
minis uehementer ac preter modum uideamur oppug-  
nari, quibus tñ ne respugnauerimus quidem silice,

11  
rei nobis ab omni iudicio atq; equitatis institute,  
Et suscepto semel patrocinio recedere. Sed hec oia  
Sandiss. Patres non sacus ac honorarij arbitri comi-  
ter ac benigne uti auctatis, ab eo q; recitari patiamini,  
in cuius has ipsas litteras ad vos nulla alia dexte dedi-  
mus, vos vehementer et atq; et obtestamur ea q;  
sic accipiatis obsecramus, non tanq; ab ignoto, aut  
alieno, aut aduersario proferta, sed velut ab eo q;  
hereditario notornatissimo, aut sicuti loquimur pmo  
et pibeat, et sit certe catholice filius, quo quidem  
indomestico ornamento obtinendo, et suscipiendo  
noy, et v. virtutis et pietatis opprimere, pollicemur vo-  
bis Prestantissimi patres, id q; alio nobis sumere au-  
demus feci benignitate ad v. resuolui, cuius pmo  
spontemur nos universa illor; animi magnitudine,  
vigilantiam, sollicitudine, fortitudinem, religionem  
omni grae prestaturos ee pmo, officio q; moy,  
tantum abest ut dum factam et illatam ab alijs  
iniuriam necesse cogamus repellere, aut traditam  
nobis a maioribus nostris ecclie catholice charitatem  
deponere queramus, aut nra sponte desinere proseq;  
quid quid ab ea prestatum, decretum, constitutumq;  
fuerit, quo modo v. ab illa pertrahari decerni, cons-  
tituij par est, dum nequid interea sincero atq; inte-  
gro a hereticor; ueracitate principi immerenti, atq;  
inocenti, aut captiosum comparet, aut cotumelio-  
sum. Sed Dominus noster Iesus christus ipse qui  
auctor est custos et conservator Patro ornatis.  
Salutis, incolumitatis, dignitatisq; vestre, valete, Ex  
Villa regia que foris belle aque diu ante diem idus  
augusti. 1551. //

J. Serricus.

Dubius

J. Serricus



12

Protestatio patrum concilij anteq̃  
legerent litterę et protestatio regis gallie.

Sacro sancta generalis oecumenica Tridentina  
Synodus Ep. inter prefando uerba litterarum  
Christianissimi regis, ubi illam conuentum appellat  
in bonam partem, prout de tanto Christianissimo  
rege credendum est, ita ut de conuentu hoc legenti,  
mo oecumenicum et generale concilium faciente in-  
telligat, Et prefando, si aliter litterę intelligeretur  
non esse ad ipsam synodum referendas, passa est quæ-  
re regis prefate legent, et protestatur legi, sine  
aliquo ipsius preiudicio. //

Propositio protestatoria quam Henricus  
Francor. Rex fieri et tractari mandauit coram  
patribus Tridentinę synodi. cal. septembris.

Hęc sunt sanctissimi patres que post susceptum primū  
agri par mensis patrocinium a Christianissimo rege  
post exortam deinde ea de re grauissimā, sed iniusti-  
simā illam quidem guerram, post oblatum  
postremo proximum huic tumultum, et certissimū  
civilium armorū interitū q̃ belli terrore ostentatione  
rex ipse Christianissimus uisit, cum Beatissimo patri  
pape mo iulio, cum sacro cardi. maluum collegio q̃  
fiteri, denunciari q̃, que eisdem prope uerbis sunt  
deinceps exposita.

Cum facta quędam sua, quę nō modo reprobata,  
sion nulla, sed sc̃ma et laude digna essent, trahi-  
ti atq̃ uocari in iudicium ad iudicet teret, id q̃ quo-  
rumdam hominum iniqua inter pretatione fieri, eoq̃  
dissensionum semina iaci, quęri q̃ materia armorū  
illud in primis, sedulo curauisse ut quoad integra  
res eēt, et concilij et facti totiq̃ rationem illius sac-  
rosancti collegioq̃ accuratissime redderet, Paulus  
Aster mis orator suus vir equestris dignitate clarissim.

id q̄ eo consilio a se factum esse, ut si qua in animis  
illorū minus cōmoda desse oppitio insedisset, inge-  
nuā illā satisfactiōne recederet, atq̄ ita in imminen-  
tibus malis, si repudiata pace occasiones armorū cupi-  
dus arripere, nec ipse obiciam, et quo ad eius fieri  
posset tanto ante resisteret, itaq̄ primum illud q̄  
posuisse id qd̄ fecisset ut eius propugnationē susci-  
peret qui in fidem suam quasi in portum aliquē  
confugisset, non videre quā ratione, a quoq̄ iure  
posset improbari, qui pecuniā id nō magis cōmunitis  
cuiusdam est humanitatis ad incertos et rerū et  
temporū casus q̄ optimi maximiq̄ ac iure regiam  
mī ac liberalis officium, nec equum esse se deterio-  
ri conditione haberi q̄ ceteros, a se nihil ad hunc ad huc  
nihil subdole cogitatum, nihil cōmodi a laicius sui  
causa gestum, sed vnius ecclē tantum modo habi-  
tam eē rōnem q̄ perpetua quadam francoꝝ regi-  
ac maiorū suorū consuetudine qui illam ipsā, non  
opibus solum suis exornarunt, aut armis extulerunt,  
sed et corpora et sua gravissimis illius temporibꝝ  
periculis oībus opposuerunt, id qd̄ q̄ fieret illius cō-  
ceptum eē his conditionibus eē testatissimē, quas  
ipsas pacis cōcordiæ q̄ constituendæ obtulisset, quæ qd̄  
cō semper spectata sunt, uti qua dēre agebat, carere  
ne ecclē aliquē vel succiperet vel triperet, quā  
vellet perpetuo iuris eiusdem deditiōnis q̄ eē. idq̄ vni  
tanto fore contemderet, quæ cum frivis mali eēt ne-  
minem sane mentis existimare posse quicq̄ ore vel  
adum vel susceptum quod nō maximū grierosissi-  
mūq̄ regem deceret, et hoc loco, et hoc aīo princi-  
pem, qui se nō modo ad hinc fessimū prestisset, sed  
et maximis suis sempiternis, ac nō nullo rez suarū  
dispendio italię pacem, otium, libertatem q̄ obtuli-  
set, et oī suo studio conatusq̄ ecclē dignitatē atq̄  
auctoritatē procurasset. De p̄terea palam de-  
nunciasse ac testatum esse, si beatissimū papē nū  
sanctitas hanc iustam eē causā armorū decrevisset,  
ac p̄inde italiā atq̄ adeo vniuersā penē europā  
bello implicasset, et quo ecclē status cōuelleret,  
tum mores, tum religio, tum fidei ipsius causa  
in vltimum

in vltimum discrimen adduceret, maximo id qd  
 suo cum dolore futurum, sed sibi tñ nihil eorum me-  
 rito imputatum iri, qui oia ante fecisset, quominus  
 illa acciderent, oēs q̄ preterea conditiones, quæ modo  
 et hōnestæ et temporis illius eēt, non solum ferre,  
 verum et accipere voluisset. Deniq̄ cōcilij qd nuper  
 indictum eēt, solutionē quam si ad arma iretur ne-  
 cesse erat cōsequi, sibi minime assignari posse, ora-  
 re et atq̄ obtestari obnixius summi tñ pontificis sanc-  
 titatem, consideraret et atq̄ et q̄ta ex bello semel  
 suscepto damna atq̄ incōmoda resp. christiāne imperi-  
 demt, eaq̄ ut euenirent, qd pacetruenda facilius  
 erat, efficeret. Atamen cum hæc tñ et tanta ipse  
 prose per supra scriptum illum oratorem suam egisset,  
 moruisset, denunciaisset, hortatus eēt, tñ abesse ut  
 illis diebus, quæ summo pere iure omni dēi no. humerisq̄  
 miterentur, ullo modo summus christiānoꝝ Pontifex mo-  
 ueret, ut cum paci tranquillitatem q̄ fieri deberet  
 controcursas, desideras, lites, si quæ ipsis inter se prin-  
 cipibus christiānis eēt, uel minueret, uel ferendatq̄  
 tollere, totam atq̄ securitatē omni rōne celebrādo  
 concilio parare, italē tñ funestissimam bellum  
 conūtere, qd totam mox europam conflagrare ne-  
 cesse eēt, noua excitare atq̄ desidia, additus ad  
 concilium oēs pte precludere maluisse uideret, eamq̄  
 omnibus suspiciōnem inducere, istam ipsam conci-  
 lij tñ uidentim indictionem nō cōs vniuersæ ecclē  
 utilitatis grā repetitam eē, sed factam potius coitio-  
 nem cum ijs quorum priuatis rōnibus accommodis  
 illis inseruisset, nullo reclamante, nullo repugnante.  
 Videi certe summi pontificis nō sanctitatem se exclu-  
 dere, ac fœdus optatissimū cōcilij priuare voluisse,  
 id rerum initia, p̄gressus, exitus consilioꝝ sanctita-  
 tis eius uideri declarasse, cum illa de causa, nec  
 hoc tpe, nec hoc austro, aut bellum tan p̄ncipiosū  
 tanto vniuersæ rei publicæ periculo suscipi, aut tanta  
 eiusdem rei pub. iactura et calamitate geri debuisset  
 claros sepe numero, et admirabili quadaam animi  
 magnitudine principes dissimulandis grauioribus  
 in uirij pacem retinuisse, eaq̄ modo restringisse  
 initia comarris incendij. Nunc quesitam uideri ul-  
 tro, et ad ornatum, a quo minime debuit flamme istig-  
 p̄ncipiosissime ac ludicrossime materiam. Constituidat

ultra

fuisse aut revocandam magis exemplo sanditatis  
illius concilio ipso iam in dicto, veteris ecclesie seueptore  
disciplina ac specie: non labe fudendam aut de se,  
mandam eam, que cum paucissimorum hominum  
religione nititur, tum pauciorum multo honestate ac  
moribus agrosit. Nec spergera christianis semina,  
cipibus odiorum semina, nec obijciendam petri primici  
per apostolorum nauiculam maioribus prope studibus quam  
unquam ulla maiorum memoria obreda fuit, nec se  
ab eo concilio que magis ex peticiisset interclusis inhi-  
neribus arceui oportuisse, Regem perpetuo suos su-  
no modo non christianissimum. Cuius uontantama-  
iorum beneficia in seculam existant, ipse in comuonifi-  
dei atque religionis causa, nec secessit unquam nec offer-  
deuit nec titubavit ullomodo, nec alio futurus sit unquam  
ab ecclesie catholice rationibus alieno, se facere non potuit.  
Se quum apud illum sanditatem, apud sacrum con-  
denatum collegium dolore suum exponeret, ac  
vire et ex animo dequereret, illud que tum quere-  
do, Tum precando postularet ne alienam existima-  
rent, aut suo, aut maiorum suorum more, quod dixeret  
causet quidam, hoc est ut nunc loquatur prestaret, ipse  
quo modo quidem omnino protestatus est, sicut ab ipso  
sibi iure prouissum esse non ignorabat, ut ne sibi graui-  
simis bellorum motuum difficultatibus implicato, ne-  
cesse esset videntem ad concilium mittere succursio-  
nis episcopus, quippe quibus nec libere, nec tutis copate-  
ret accessus, nec ipsum concilium, a quo excluderet  
inuidiosissimus, graue totius ecclesie catholice auctori-  
betur aut appellaret, quum potius priuatum existima-  
ret concilium, quod videret illud quidem quesitum  
et expetitum non reformade restituendeque disciplinae,  
nec seclaram copemendare studio, sed quibusdam  
obsequendi, quorum priuate utilitatis magis quam publice  
ratio imita esse videret. Denique nec concilijs fruius mo-  
di, corque decretis, aut ipse, aut populus gallicus, aut  
ulli gallice ecclesie ministri in posterum tenerentur.  
Imouero se testari galiam ac denuntiare ad eadem  
seruanda et presidia descensurum, si necesse vi-  
deret, quibus maiores sui francorum reges simile consi-  
milia causam

consimile causaq; uti consecrasset, nec sibi quicq;  
 antiquiq; fore s'm fidei ac religionis integritatem,  
 libertate, et incolumitate eccl'ie gallicae. Nihilomi-  
 nus hoc se spectari h' tamen, non h'ec ita a se dici quasi  
 aut cogitaret ullo modo, aut haberet in d'eo meritum  
 ac debitum ase sancte aplice sedi observantiam, et  
 obediendi conditionem aut exequere aut imminuere.  
 Contra operam daturum ee ut magis ac magis in dies  
 se dignum p'bare hoc clarissimi regis cognomine,  
 hoc maximi eccl'ie filij elogio, animi huius sui ac stu-  
 dij p'ensione ad felicia melioraq; sp'a reservari,  
 cum scilicet hoc humano g'ni, ac precipue eccl'ie christiane,  
 hoc suis ipsiq; ac populi totius gallicae votis, dei opti-  
 Max. gra tribuisset, ut honeste depositis armis, que  
 eum parum modeste illata, et motiones animi com-  
 ponerent, et hoc modo pax ip'a concerneret, se preterea  
 supplicare, cum ab eius sanctitate, tum ab ipso sacro  
 collegio postulare uti ne molestus f' ferretur, si suam ipse  
 p'estationem, in stationem, denunciationem, deprecationem  
 nem in acta referret, sibi q; instrumenta h'is  
 de rebus publice c'fisi: quibus quoties aut ip'a aut  
 res sue p'posuissent uti possent, ad superiorem omnium  
 fidem, sibi q; ut ad singulas responderet rogare, ut  
 h'is de rebus o'ibus ceteros christiani no's principes, popu-  
 los, civitates liceret certiores facere. //

**N**unc itaq; sanctissimi p'is cum vobis promptum  
 sit ac facile nectum clarissimi regis d'um et  
 explicitum, apertumq; facti c'nsilij q; sui me tem-  
 p'pore, potestis et statuere, ne hunc ordinis istius  
 consecrati ab ipso sp'ari, nec auctoritate, gravita-  
 tate q; no' magni fieri, sed p'cepta potiq; huius celeberrime  
 facultatem. quod vos ita acceptos c'fidi  
 ornatissimi p'is, ut nec de illius religione dubitare  
 possitis, nec de d'eo erga eos, totamq; eccl'iam ad mi-  
 nistrationem, seu accommodum est iudicare. In quo vno  
 me iudicio ad vos sus malebolos et inimicos fructu  
 sermones, satis sibi presidij ee putat, satis ad vosq;  
 supplicationes argum'nti, ut simul accersat, et innocen-  
 tie sue conscientia, et recodatione officiorum suorum. //

Vro.

f. Serricus.

Durbier.

lectis coram synodo regis gallie scriptis  
sequens responsionem prebuerunt peris nullo.

Sacrosancta et generalis synodus in spursando legitime  
congregata. intendens consulto et mature accause  
cognitione adhibita, et publica sessione per vos facere  
elegistis nec non ipsius negocij qualitas requirit uobis  
respondere, monet uos ut ad audiendam et recipien-  
tam responsionem huiusmodi prima proxima futura  
sessione, que erit die .xv. mensis octobris proxime ven-  
tura, coram ipsa synodo comparere oimodebeatis, dumq[ue]  
christianissimus rex uester in suis literis affirmat in  
ciuitate tridentina ad se concilium, acceptat admittiq[ue]  
libenter, persona uero uestram illegitima ac oia alia  
quos dicta non admittit, nisi si euinctum deinceps  
facere tenet, Proterea nihilominus nullum inter-  
uere ipsa sacrosancte synodo ac prosecutioni ipsius concilij  
et per quocumq[ue] per uos adiecta gesta prejudicium  
grauari, ac interis prohibet omnibus notarijs ne edru-  
mentum edruis adus uobis aut alteri tradant, nisi  
una cum adiectione sue responsionis, qua de supra  
dicta uobis tradere parata est, ac sine sui notarij subs-  
criptione, alias prestat de nullitate. II.

Nota primum qui fuerunt in hac sessione septembris.  
Imprimis ante didi legatus et nuntij, cardinalesq[ue]  
trid. Et oes alij prelati q[ui] fuerunt in preterita  
sessione maij, et preter illos hinc qui sequuntur.

Archiep[iscopu]s maguntinus et treuer[ensis]. s. R. imp. electores.

Archiep[iscopu]s granaten[sis]. v. ep[iscopu]s tuden[sis].

ep[iscopu]s segobricen[sis]. v. quadexien[sis].

maioricen[sis]. v. astoricen[sis].

mitiensis. suffrag. v. verdunensis.

Aurien[sis]. v. salaminen[sis]. suffrag.

constatien[sis]. suffrag. v. Nutenen[sis].

Elnen[sis]. v. frucales concilij.

legionen[sis]. Angelus masarelus secretarij.

oueten[sis]. Jo. bapt[ista] cadellus p[ro]motor concilij.

orator. cesarij

Franciscus a toledo, cesarij. Decretum

ep[iscopu]s vieren[sis]. orator Regis Roma.

Archiep[iscopu]s

Ep[iscopu]s

**DECRETUM** de sanctissimo eucharistie sacra-  
 publicatum in tertia sessione Tridentina sub Julio. pp.  
 tertio, die undecima octobris. I. S. S. I.

Sacro sancta *decememica* et generalis Tridentina  
 Synodus in spū sancto legitime congregata, presi-  
 dentibus in ea eisdem sancte sedis apostolicę legato  
 et nuncijs. Et si in eum finem nō absq̃ pecculanti  
 spū sancti ductu et gubernatione conuenerit, ut uerā  
 et antiquam de fide et sacra<sup>te</sup> doctrinam exponeret,  
 et ut heresibus abus, et alijs grauissimis in cōmodis  
 quibus dei Ecclesia misere nunc exagitatetur, et in mul-  
 tas ac uarias partes scinditur, remedium afferret,  
 hoc presertim iam inde a principio in uotis habuit, ut  
*zizania* stirpitus conuelleret *zizania* execrabiliū  
 errorū et schismata, que inimicus hō hīs misera-  
 mitosis temporibus in doctrina fidei usu, et cultu  
 sacrosante eucharistie supserminauit, quam alloquin  
 saluator n̄r in ecclesia sua tanq̃ simbolū reliquit, eius  
 unitatis et charitatis qua christianos omnes inter se con-  
 iunctos et copulatos esse uoluit. itaque eadem sacro sancta  
 Synodus sanam et sinceram illam de uenerabili hoc  
 diuine eucharistie sacra<sup>te</sup> doctrinam tradens, quā  
 semper catholica ecclesia ab ipso ihu christo domino, et eius  
 apostolis euadita, atq̃ a spū sancto illi omnē ueritatē  
 indicis suggerente, eadē retinuit, et ad hunc usq̃ se-  
 culū conseruabit, omnibus chri<sup>stianis</sup> fidelibus interdicit, ne  
 posthac de sanctissima eucharistia aliter credere, docere,  
 aut predicare audeant, q̃ ut est hoc presenti decre-  
 to explicatum atq̃ affirmatum.

DE reali presentia dñi n̄r ihu christi  
 in eucharistie sacra<sup>te</sup>. Caput prima.

Principio docet Sancta Synodus, et apte ac simpliciter  
 pro fitetur in almo sancte eucharistie Sacramento post  
 panis et uini consecrationē dñm n̄m ihūm th̄ christū  
 uerum deum atq̃ hominē uere, realiter, ac substantiali-  
 ter sub specie uisib<sup>ilium</sup> rerū sensibilibū contineri, nec n̄.  
 hec inter se pugnant ut ipse saluator n̄r semper ad  
 dexteram patris in celis absideat iuxta modum existi-  
 di naturalem, et ut multis in hō minus alijs in lo-  
 cis sacramentaliter presens sua substantia nobis adsit  
 ea existendi rōne, quam etsi uerbis exprimere uix  
 possumus, possibilem t̄ esse deo, cogitatione per fidem  
 illius trāta, a sequi possumus, et constanterissime credere

debamus, ita n. maiores omnes m. quotquot in uera  
chr̄i ecclesia fuerunt qui de sanctissimo hoc sacra<sup>to</sup>  
dixerunt, aptissime profesi sunt. Hoc tam ad-  
mirabile sacra<sup>to</sup> in ultima cena redemptore m. in  
instituisse, cum panis uinque benedictione sesuum post  
ipsius corpus illis prebere, ac suum sanguine, dis-  
sertis et perspicuis uerbis testatus est, que uerba a  
sanctis euangelisticis commemorata, et a d. i. paulo  
postea repetita, cum propria illam et aptissima  
significationem pre se ferunt, secundum quam a  
p. tribus intellecta sunt, indignissima sane fla-  
gitium est ea a quibusdam contentosis et prauis  
hominibus ad fictos et imaginarios tropos quibus  
ueritas carnis et sanguinis chr̄i negatur, contra  
universę ecclesię sensum detorqueri, que tanq. calu-  
na et firmamentum ueritatis hec ab impijs hominibus  
exogitata comenta uelut sathanaica detestata est,  
grato sepe et memoro a. d. i. prestatissimum hoc chr̄i  
beneficium agnoscens

#### DE Ratione institutionis

sanctissimi sacra<sup>to</sup> cap. secundum

Eucharistie

Ergo saluator in discessu ex hoc mundo ad patrem  
Sacra<sup>to</sup> hoc instituit in quo diuitias diuini sui erga  
hominem amoris uelut effudit memoriam faciens mi-  
rabilem suam, et in illius sumptione colorem  
sui memoriam precepit, suamq. annuntiare morte  
donec ipse ad iudicandum mundum ueniat, su-  
mi aut. uoluit sacra<sup>to</sup> hoc tanq. spiritalem alim-  
entum, quo astantur et confortentur uiuentes uita  
illius qui dixit, qui manducat me et ipse uiuet pro-  
pter me, et tanq. antidotum quo liberemur a cul-  
pis quotidianis, et a peccatis mortalibus preserue-  
mur, pignus preterea id esse uoluit futurę gl. et  
et perpetue felicitatis, adeoq. simbolum unius illius  
corporis cuius ipse caput existit, cuius tanq. membra  
atq. firma fidei, spei, et charitatis conexione aspec-  
tos esse uoluit ut id ipsum omnes dicere mus, neq.  
essent in nobis schismata.

#### De excellentia sanctissime eucharistie super reliqua sacra<sup>to</sup>. Caput tertium

Comune hoc quidem est sanctissime eucharistie cu  
ceteris sacramentis, simbolum esse res sacre et inui-  
sibilis que forma uisibilem, ueram illud in ea  
excellens et singularitate reperitur, q. reliqua sacra<sup>to</sup>  
tunc primu



tunc primum Satisficādi uim habent cum quis illis uti-  
tur, at in eucharistia ipse sanctificatis author ante usū  
est, nō dum n. eucharistiam de manu dñi apostoli  
suceperant cum uere tñ ipse affirmaret corpus suum  
esse quod prebebat, Et semper hec fides in ecclesia dei  
fuit statim post consecrationē uerum dñi mei cor-  
pus, uerumq; eius sanguinem sub panis et uini spe-  
cie una cum ipsius aīa et diuinitate existere, sed cor-  
pus quidem sub specie panis, et sanguinem sub uini  
